Luctuosum,
at Beatum Obitum,
Honestissimæ, suiq; sexûs Virtutibus Ornatissimæ
FOEMINÆ,
DN. CATHARINÆ,
Natalibus
VEDEMEYERIANÆ,
VIRI
Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimiq;
DN. CASPARIS BERNDT,
Reip. Thorun. Consulis Gravissimi, Conjugis Desideratissimæ,
A. O. R. M.DC.LXXXVI. d. XII. Jan.
placidè extinctæ,
& die XX. ejusd. Mensis tumulo inferendæ,
Cohonestabant Seqventes.

THORUNII typis excudit CHRISTIANUS BEKK, Gymn. Typ.

An die seelig Verstorbene
Frau Berndtin.

DEn Schatz verläßt du hier / den du auff Erden hattest /
Dem jetzt vor Traurigkeit das Hertz und Auge thränt.
Den andern findstu dort / mit dem du dich jetzt gattest
In reiner Himmels-Lust / der sich nach dir gesehnt.
Mit Jenem warestu durch Liebe fest verbunden;
Und dieser hatte sich im Glauben dir vertraut.
An Jenem hattestu ein'n treuen Ehmann funden;
Der heist dein Bräutigam / und du bist seine Braut.
Der Erste der hat dir viel Treu und Lieb' erwiesen/
Doch könt' und möcht' Er dir vom Tode helffen nicht.
Des Andern Liebe wird vielmehr von uns gepriesen/
Der dich vom Tod' erlöst / wie dir sein Wort verspricht.
Das / was dir Jener gab / war etwa Gold und Ketten;
Und dieses Morgengab' ist die Unsterbligkeit.
Das Gold vermag uns nicht aus Angst und Noth zuretten;
Dein JESUS aber ists / der ewiglich erfreut.
Der Erste lässet dich mit Schmertzen von sich gehen;
Der Andre nimmet dich mit grossen Freuden an.
Wenn Jener in der Welt nu muß zurücke stehen /
So bleibet dieser dir auff ewig zugethan.
So gehe dann nun ein in deines JEsus Freude/
Du fromme Berndtin du / die dir sein Blut bereit't.
Der aber / den du hier verläßt in grossem Leyde/
Den schütz' und tröste GOTT in seiner Einsamkeit.

Paul Hofmann. D.

Grab-Schrifft.

HJer ruht / mein Wandersmann / in dieser finstern Grufft
Ein rechtes Tugendbild / die Zierde der Matronen /
Die / weil Sie hat verlangt im Sternen-Saal zu wohnen /
Auch GOtt aus Ihrer Noht in seinen Himmel rufft.
Sie hieß CATHARINA zwar / doch war Sies auch zugleich
Als welche strebte rein und unbefleckt zu leben /
Und weil Sie JEsum wolt' / hat JEsus Ihr gegeben
Sich selbst / den reinsten Schmuck / in seinem Him̃elreich.
Es muß Ihr ewig wol / und alles Zucker seyn /
In dem Sie den erlangt / nach welchem Sie geflehet /
Denn wer alhier / wie Sie / hat auff den Geist gesäet /
Der erndtet dort gewiß ein besser Leben ein.

Seiner vielgeliebten Frau Gevatterin zum
guten Andencken / schrieb solches

Simon Weiß / ad D. Mar. Ecclesiastes.

SI pietas, si firma fides, si cœlica virtus
Vertere pollerent, qvæ Libitina struit.
Mortua non unqvam nobis matrona fuisset,
Qvæ tamen, heu! mortis falce perempta jacet.
Namq; DEI summo pectus fervebat amore,
Fulgebatq; hominum non simulatus amor.
Inprimis socii servabat fœdera lecti,
Servabat Laribus casta marita fidem.

Et

Et velut his vivens potuit placuisse marito,
Sic moriens luctu pectora mœsta replet.
Sed, BERNDTI, qvi tanta tibi modò vulnera fixit,
Hic qvoq; mox certâ damna rependet ope.

M. CHRISTOPHORUS Hartknoch/
Prof. Publ.

Visus eras felix, Mæcenas, Conjuge vivâ;
Conjugis *at Tibi jam nomen inane manet.*
Jam legis in Sociam *lacrymosum carmen ademtam,*
Omnia pullato syrmate tecta vides.
Hunccine qvivisti tantum sperare dolorem,
Tamq; Tui subitò tristia fata Tori?
Altera pars animi, dilecta marita, levamen
Curarum, reqvies, intemeratus amor,
Præsidium, mater, fulcrum, spes atq; columna,
Solamen, sidus, nobile stemma Domûs,
Virtutum fulgor, matronæ exemplar honestæ,
Fœminei sexûs gloria, multus honor,
Heu, jacet exanimis, diuturno fracta dolore
Fœmina, Nestoreos vivere digna dies.
Hæc meritò Te nunc cruciat mens ægra videntem,
Et thalami amissum fles decus omne tui.
Et qvis non decoret lacrymis tam nobile Nomen?
Tam propero extinctum funere grande Bonum?
Desine sed nimio planctu, compesce dolorem,
Qvære nec hanc vacui parte priore tori. *Ille*

Illa etenim Superûm lætis ſpatiatur in hortis,
Deliciis fruitur colloqvioq́ DEI.
Sidera pro terris, Vitam pro morte recepit,
Angelicos inter gaudet ovatq́ choros.
Director rerum ſummus, moderator Olympi,
Cujus in arbitrio vitaq́ morsq́ ſita eſt:
Inflictum Cordi vulnus ſanabile reddat,
Et Tibi pro lacrymis gaudia mille ferat.

Condol. appoſuit

WENCESLAUS JOHANNIDES,
Gymn. Thor. P.P.

FAllitur, innubem qviſqvis tranſmittere vitam
Se putat, & ſolidâ proſperitate frui.
Volvitur, & dubiis jactata ſubinde procellis,
Fertur in incerto naufraga vita ſalo.
Non ſic Ægæo volvuntur in æqvore fluctus,
Nec furit in Siculis acta procella fretis;
Qvantùm diſtringunt humana negotia, qvantùm
Exercent variis aſpera fata modis.
Scilicet, ut pulſum tumidis inſternitur æqvor
Undis, atq; undam verberat unda recens:
Sic Dis, lis, Styx, crux, Mars, mors, & mille perîcla,
Humanum cingunt ſollicitantq; latus.
Felix! infeſtum qvi tale enavigat æqvor,
Lætus & in portu forte celeuſma canit.

Non

Non hunc difficiles morbi, non livor, edaxq́;
　　Cura, nec attonitum fata ſiniſtra manent.
Deſpicit is triſtes ſcopulos, Scyllamq;, Charybdimq;,
　　Et ſi qvod monſtrum mundus & orcus alunt.
Utq; mari laceram ſubducens nauta carinam,
　　Surgentes tutus littore ſpernit aqvas;
Remige ſic letho lætas appulſus ad oras,
　　Mundani ſpernit murmura crebra freti.
Ergò qvis in lacrymas hodie ſolvatur obortas,
　　Defunctæq; vices Conjugis uſq; fleat?
Exiit Hæc, mediisq; probam ſe ſuſtulit undis,
　　Conſiſtens portu læta valensq; novô.
Non qvô *Maſſiliæ* ſe jactant littora, * vel qvem
　　Tuta *Syracoſii* poſſidet ora vadi: **
Sed qvem cœleſtis ſibi Patria vendicat, in qvo
　　Securâ poterit proſperitate frui,
Illic divini ſuccedere Numinis Auram
　　In clavum, remos, in ſua vela videt.
Illic æternæ ſvaviſſima gaudia vitæ
　　Carpit, & Angelicum percipit ore melos.
Langvida qvæ jacuit morbô correpta tenaci,
　　Lætatur nullis illaqveanda malis.

O nimi-

* *Portui Maſſilienſi tanta navium ſecuritas adſcribitur, ut nunqvam aliqva in eo periiſſe dicatur. Vid. Becm. Hiſt. Orb. Terr. cap. 3. part. 3. n. 5.*

** *Portum Syracuſanum adeo tutum eſſe ſcribit Senec.* Cons. ad Marc. c. 17. *ut ne maximarum qvidem tempeſtatum furori locus ſit.*

O nimiùm felix, ô fortunata polorum
   Hospes, inexhaustis perfruitura bonis!
Qvis Tibi tranqvillâ superatos morte labores
   Invideat, reqviem qvis Tibi nolit eam?
Utere cœlesti portu lætissima Cœli
   Civis, & æternis utere deliciis.
Ipse Tibi vultu lacrymas abstergat JESUS,
   Qvas crucis elicuit turbo, Notusq; freqvens.
Donec in ætherea portum statione potiti,
   Fundamus Tecum vota precesq; DEO.

f.

M. JOHANNES SARTORIUS, *P.P.*

Ad Dn. Viduum

Inclutæ Reipublicæ Thorunensis Consulem gravissimum, Patronum suum.

CUm Tibi felicem Janum gratentur amici,
   exoptentq; tuo prospera qvæq; Lari;
Audimus plausus toto de pectore promi,
   audimus multos talia vota loqvi:
Vive diu felix, clarâ cum conjunge vive!
   sit nullis proles subjicienda malis!
Officium, qvod digne ornas sine fine sit amplum,
   cætera præ poscis, conferat ipse DEUS.

Qvi

Qvî fit? qvod dubiis qvaſſetur vita periclis;
anni qvod limen triſtia fata petant.
Felicis vitæ ſi ſpes eſt facta maritæ:
cur infelici morte perempta cadit?
Ævi prolixi ſi debita vota dabantur;
cur moritur, Pylios digna videre dies?
Mortales cum ſint homines, adeoq; caduci,
mortalis vitæ nil niſi vota ferunt.
Aſt immortalis voluit DEUS ipſe precari
Jo immortales & ſine nocte dies!
Uxori dedit ille piæ ſine morte ſalutem,
juſſit & æterni tecta ſubire poli.
Dixerat: ah multo tua corpora preſſa dolore,
& miſeris qvatitur vita miſella modis.
De cervice tuâ tetros nunc aufero morbos,
anno ſubq; novo Te nova vita beet:
Dixit & eventu ſunt dicta probata beato,
felicesq; trahit, læta Marita, dies.
Ergo tuos gemitus componas magne Patrone,
conjugis illacrymes nec ſuper oſſa tuæ.
Strena eſt, qvam divâ tranſmittit Numen ab arce,
dum mors uxorem ſternit amara piam.

l. mq;. ſcribebat

M. MARTINUS Böhm/ *P.P.*

